



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Canisij constantia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

summo iure aliquid remittendum, ne foedissima  
in tempestate velut in tranquillo viderentur sum-  
mi Pontifices extrema sectati. Sed non satisfacit mihi, aiebat Canisius, humana isthæc prudentia. *Canisij constantia.* Tempus est confitendi nunc ea, quæ ad Ecclesiæ autoritatem vindicandam spectant: & si veritas odium parit. Sed virtus circa difficilia versatur. Nihil igitur nisi admoneri cupiebat à Præpositis suis quæ sibi insistenda via inter has ambages esset, Patrum confidens affuturam precibus opem cœlestem, ut intelligeret, vellet, ac posset eius explere muneris partes, quod Christo Domino, Ecclesiæque sanctæ id loci deberet. *Zelus.* Agnouisses in Apostolico viro apostolicum pectus, quod omnium solitudine Ecclesiarum tabesceret: infirmitatibus omnium ægresceret, omnium scandalis vreretur. Quid ille non & lacrymarum, & gemituum fudit, ubi post paulò vidit turbulentorum hominum postulationibus indulgeri? & in dies maiorem patefieri fenestram ad Ecclesiæ sanctæ autoritatem conuellendam, & sacrificiū ipsum abolendum? Videbatur sibi videre stragē *Fides.* sacrorum, & pessum ire omnia donec sublata mente ad æternæ mentis consilia, se sequere reprehendens,

c

hendens,